



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor  
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum  
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliæ Consultor,  
Coordinatus, Seu Omnes ...**

**Diana, Antonino**

**Lugduni, M. DC. LXXX.**

99. An quando examinandi ob timorem examinatorum turbarentur, si verè sint idonei, licitum sit eis præmonere de punctis, de quibus erunt interrogandi? Et an hoc locum habeat tantum in examine ...
- 

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76359](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-76359)

illa remittetur; sed cum Concilium Tridentinum loquatur cum praesupposito, quod examinatores synodales existant, ergo cessante hoc praesupposito, cessare debet eius dispositio.

1. His tamen non obstantibus, negatiuam sententiam docent nouissime Antonius Massobius in praxi habendi concursum requisi. 12. num. 6. à num. 4. eisque ad num. 10. & Doctor Melchior Lotterius de re beneficiaria, tom. 1. l. b. 2. quest. 31. num. 71. & vbi notat affirmatiuam sententiam, & decisio-

nem Rotæ procedere, quando concurrent calus mortis, vel absentiæ dputationem in Synodo infra annum à die celebrationis eiusdem Synodi, vt fuit de cito per Sacram Cardinalium Congregationem, in via Panomitana Archipresbyteratus, 5. Iulij 1620. com. Illusterrimo Burato: nam quemadmodum hoc calu, nihil possit imputari Episcopo, qui neque ex forma Decreti Concilij Tridenti, neque ex forma antiquorum Canonum, tenetur intra annum ultima quam semel cogere Synodus; ita si annus iam est clausus, omnino imputari ei debet, cur non admpliri formam Concilij Tridentini, cum sufficiens vacatio, illicè possit indicere Synodus; & in prima eius sessione deputare Examinatores Synodales, atque ita Decreti formam adhibere. Sic Lotterius: unde patet responsio ad argumentum Ricci, Homoboni, & aliorum *vbi supra*. Et ita etiam hanc sententiam docet Garsias de benef. tom. 2. part. 9. c. 2. num. 92. vbi sic asserit. Magis conformis videtur sententia Sacrae Congregationis, nam clauso anno, defectus Examinatorum contingit culpis Episcopi non facient Synodum, in qua illi deputentur, vt disponit Tridentinum, & sic defectus iste culpa sua, & negligientia contingens, non excusat eum ab obsecratione formæ, & sic cef- fato ratio Rotæ. Ita Garsias, & aduersus Ricciū hanc etiam sententiam tenet Venerus in exam. Episc. lib. 4. cap. 25. num. 12. afflērens beneficium sic colatum, posse ab alio impetrari, quia prouisio deuoluta ad Sedem Apostolicam ex expresso Decreto Concilij Tridentini. *vbi supra*. & Bulla Pij V. in Bullario 21. irritante prouisione factas sine Examinatorebus synodalibus; & ego hanc sententiam probabilitate sc̄e existimo: quando vero infra annum Synodi Examinatores mortui fuerint, tunc Episcopus alios eligat iuxta formam Decreti Clem. VIII. quam afferunt Massobius *vbi supra* dub. 3. num. 2. & Garsias n. 73.

3. Notandum est tamen h̄c obiter, quod decretu Sacrae Congregationis à Cosmo Cardinali & Torres subscripta, sic asserit. An existentibus in Synodo Doctoribus, Clerici non Doctores possint eligi in Examinatores Synodales: Sancta Congregatio Cardinalium Concil. Trident. respondit necessariò Examinatores eligi debere, qui sunt Magistri, seu Doctores, aut Licentiat in Theologia, aut iure Canonicō, si extant; alioquin alias Clericos esse eligendos, qui ad id videbuntur magis

4. Nota etiam, quod si quotannis Synodus non fuerit, Examinatores semel deputati munus suum debent exercere, donec noua Synodus habeatur, ut recessus decimus Franciscus Leo in thelau. fori Eccl. pari. 2. cap. 4. n. 2. si anno autem clauso, aliqui ex eis mortui fuerint officium omnium expirat; & ita decimum recessus Galletti in Margarita conscienc. ver. Examina- nates. n. 1. vide etiam Venerum in exam. Episcop. lib. 4. c. 3. n. 8. & 10. & Barbosam de potest. Episcop. par. 3. allegat. 70. n. 48. & 49.

Tom. III.

### RESOL. XC VIII.

An concursum alienius beneficij vitetur ex eo, quod cum Examinatoribus Synodibus adhibeantur alii Examinatores non Synodales? Ex p. 3. tr. 5. & Mise. 1. Ref. 6.

1. Negatiuè respondet Homobonus de exam. Eccles. p. 1. tract. 2. cap. 5. quest. 30. vbt sic. asserit. Si tres Examinatores Synodales adhinc, & alii duo non synodales ad maiorem & abundatiorem cautelam adhibeantur, actus propter vitiani non videtur, præterim cum is actus naturæ vel formæ non repugnet, sed potius ad illius augmentum tendat, nec Concilium id vt superfluum prohibeat, neque illa taxativa dictio vetatur. Et ita etiam docet Naldus in summa, ver. examinatores, num. 3. qui adducit pro hac sententia quandam Rotæ decisionem.

2. Sed contrariam sententiam tenendam esse puto, & ita docet Massobius in praxi habendi concursum, requisi. 13. dub. 1. n. 2. & Garsias de beneficio tom. 2. part. 9. cap. 2. n. 8. 324. & 341. vbi adducunt declarationes Sacrae Congregationis, ac Rotæ decisiones, per quas determinatum fuit collationes factas, habito concurso cum tribus Examinatorebus Synodibus, vñā cum aliis notis ab Archiepiscopo Toletano, absque eo, quod à Synodo approbati sint inuidalitas esse, cūque ad Sedem Apostolicam denudatas esse. Ad argumentum vero contrariæ sententiae, respondet Massobius *vbi supra*, quem omnino vide.

### RESOL. XCIX

An quando examinandi ob timorem Examinato- rum turbarentur; si vere sint idonei, licitum sit eos premonere de punctis, de quibus erunt interrogan- gandi?

Et an hoc locum habeat tantum in examine Episcoporum, v. g. coram Pontifice, & in examine Con- fessoriorum coram Episcopo, & in examine nostro- rum Scholasticorum coram Preposito, & aliis Pa- tribus, secus autem in examine ad aliquod be- neficium, quod fieret per oppositionem, & concur- sum? Ex p. 5. tr. 1. 4. & Mise. 2. Ref. 89.

1. Ad hoc dubium affirmatiuè respondet Lau- rentius de Peyrinis in priuile. Minim. 10. 3. in hac Res. cap. 2. in conf. Sixti IV. num. 25. vbi sic ait: Sciant Examinatores peccare se omnino mortaliter, si ex- minandos præmonant de punctis, de quibus in examine eos interrogabunt, fraudulerent enim exer- cent officium sibi commissum. Verum si alias ex- minandi essent evidenter idonei, & ob timorem, vel aliam naturalem verecundiam, aperctu Examina- torum turbarentur, non putaret mortaliter pec- care, qui de huiusmodi punctis præmonerent. Ita ille.

2. Sed hæc opinio ita absolutè prolata mihi non placet, & ideo illam libenter admitto in examine, sup. hoc v. g. Episcoporum coram Pontifice; in examine examine Confessoriorum coram Episcopo; in examine no- strorum Scholasticorum coram Preposito, & aliis Patribus, &c. Secus autem dicendum est in ex-amine ad aliquod beneficium, quod fieret per op- positionem, & concursum, nam in tali calu ex- minandus præmonitus super puncta responderet edepq. 5. melius, quam alij, ergo præmonitio illa vergeret in

Sup. cōtentō  
in tom. 8. tr.  
3. Refol. 5. §.  
Notandum  
est, per totū.

## 364 Tract. III. De Potestate Episcoporum,

in damnum tertij, atque ideo esset peccaminosa.  
Vnde recte Rodriguez in summa, tom. 1. cap. 54. n. 1.  
sic qd<sup>s</sup> Los Examinadores pecan mortalmente co-  
municando p<sup>r</sup> si, o por otros a los amigos que han  
de examinar los puntos, que les han de preguntar,  
para que con este aviso respondan mejor, que los  
demas opositores, que no tienen semejante aviso.  
Sic ille.

• pretermisso digniori?  
Et quid, si ad Episcopatum. Cardinalatum. Decana-  
tum eligatur minus dignus? Ex p. 2. tr. 15. & Misc. 1.  
Ref. 5.

**S. 1.** Prima opinio absolute negat. Sic Vaf.  
Opusc. de benef. c. 2. §. 2. dub. 8. num. 78. vbi  
ait: Mibi videtur in omnibus beneficiis, esse morta-  
le, dignorem prætermittere, quoniam uniuersali-  
ter docet S. Thom. 2. 2. q. 63. quod acceptio per-  
sonarum committitur in beneficiis; ergo etiam in  
beneficiis non habentibus curam animatum. Ita  
etiam multi alii, inter quos est Bañez 2. 2. q. 63.  
art. 2. dub. 5.

2. Secunda opinio est Ferdinandi Rebelli de  
oblig. inf. part. 1. lib. 3. q. 4. n. 12. vbi distinguit inter  
electione ad beneficia simplicia maiora, & ad bene-  
ficia simplicia minora, ait enim: Peccatum lethale  
esse videtur, eligere minus dignum ad Cardinalatum,  
Canoniciatum, Decanatus, & alijs beneficia simplicia  
magni momenti, quando notabilis, & evidens est  
inter promotum, & dignorem prætermisso excel-  
lus. Si vero parvus sit, veniale viderur, vel si benefi-  
cium simplex non tanti momenti sit. Probat, quia com. A.  
violatio iustitiae distributiva, per acceptiōnem per  
sonarum ex genere suo mortale est. Quare nisi ex  
paruitate materia per respectum ad excellim eligen-  
dorum, vel beneficiorum excusetur, lethale erit: si  
etiam tener hanç sententiam ex neotericis, Joan. Mal.  
der. in 2. tract. 9. cap. .... dub. 7. & Lessius ubi supr.,  
figuratur.

3. Tertia opinio est Regin. tom. 2. lib. 30. tract.  
3. cap. 15. num. 179. in fine. Lessij lib. 2. cap. 34.  
dub. 14. num. 66. qui assertur in Canoniciabus, &  
caeteris beneficiis simplicibus minoris momenti non  
videtur peccatum mortiferum semel, vel bis præ-  
termittere dignorem, modò conferatur ei, qui vere  
dignus sit: videtur tamen esse mortiferum, si quis  
id passim faciat, aut si raro cureret, ut digniores praef-  
rantur. Et ratio est, quia quod semel, vel iterum dignior  
Prætermittatur in huiusmodi beneficiis, non consenseret  
notabile incommode, aut notabilis iniuria Ecclesi-  
iarum paucorum enim mediocritas, aliorum virtute  
facile compensatur.

4. Quarta opinio, quam ego libenter ample-  
ctor, est Nau. de refut. lib. 2. cap. 2. num. 172. Ledes-  
m. def. in sum. part. 2. tract. 7. cap. 2. concl. 7. diffi-  
cile. fol. mibi 170. Gutierrez Can. qq. lib. 2. cap. 11. g. 2.  
num. 12. & Garsia de benef. tom. 2. p. 7. cap. 16.  
in 1. conclus. num. 16. vbi absoluta, & simpliciter afflert, omni  
beneficia, quæ curam animarum non habent, latissi-  
mam, ut coferantur digni, etiam prætermisso di-  
gnioribus. At si haec opinio non esset vera, ait,  
ubi supr., Gutierrez, omnes Praelati essent in fla-  
tu damnationis: nam passim in beneficiis simplici-  
bus eligunt dignos, dignioribus prætermisso. Et alter in 1.  
ratio est, quia dum Concilium Tridentinum in di-  
versis capitibus sola Episcopalia beneficia, & curata  
dignioribus esse conferenda decreuit, videtur con-  
cessisse caetera beneficia ad arbitrium Prelati di-  
stributi posse: præterim, quia dum de Canonici-  
bus loquitur sess. 24. de Reformat. cap. 12. hortat-  
ur, ut in prouinciis, vbi id commode fieri potest, di-  
gnitates omnes, & saltem dimidia pars Canonici-  
tum in Cathedralibus Ecclesiis, & Collegiatis insi-  
gnibus conferatur tantum Magistris, & Doctoribus,  
aut etiam Licientiatis in Theologia, seu iure Cano-  
nico: ergo necessariò conferri non debent graduatis,  
& sic dignioribus, sed arbitrio superioris legitimi  
videtur relatum. At vero iura antiqua non  
ita plana sunt in beneficiis simplicibus, sicuti in  
curatis: quæ si essent, adhuc oppositum videretur  
introductum;

### R E S O L . C.

An examinatores Synodales teneantur indicare Epis-  
copo dignorem, licet ipse precipias solum, vt ei dis-  
cans, qui, & quot sunt idonei, & digni? Ex p. 2. tr. 5.  
& Misc. 1. Ref. 112. alias. 113.

**S. 1.** **H**ic casus frequenter solet accidere; Epis-  
copi ut plurimum negatiuum sententiam tenent, & pro illis videtur stare declaratio Cardinale-  
lium apud Marzillam lib. 1. tit. 2. cap. 19. ita afferen-  
tium: Gongregatio Concilij centu non pertinet  
ad examinatores, sed ad solum Episcopum iudicare  
quis ex concurrentibus ad Parochialium vacantem sit  
magis idoneus. Et in Concil. Trid. sess. 24. cap. 18.  
tantum habetur, vt examinatores peracto exami-  
nunicien Episcoipo quoconque ab iis idonei iudi-  
cati fuerint.

2. Sed his non obstantibus, Doctores clamant, &  
docent contrarium, vt Azorius part. 2. l. b. .... c. 1. q.  
11. & Medina in summa c. 14. §. 32. reg. 4. vbi sic afferit.  
**H**a se de aduerir, que el Obispo, o Prouisor à cuyo  
cargo est el proveor los beneficios, llama algunas per-  
sonas, para que examinen los tales, estan obligados à  
firmar qual es el digne, y que es el mas digne, por-  
que haziendo lo contrario, pecan mortalmente. Por-  
que de decir el Obispo, que le digan qual es el mas  
digne, si no digan si son dignos, es en buen romane-  
ce decir que lo queria el proveor a quien el quisiere,  
y no come manda la ley, y en esto han de tener animo  
y pecho para responder al Obispo, y a los semejan-  
tes los examinadores, porque es gran lastima lo que  
pasa dia, mas se ha de mirar lo que manda Dios,  
que lo que ama el Obispo. Ita Medina, quem postea  
sequuntur Villalobos in summa 107. 2. tract. 8. diffic. 5.  
n. 7. & Petrus de Ledesma in summa, tom. 2. tract. 7. c.  
22. concl. 5. diffic. 13. fol. mibi 166. vide etiam Zerolani  
in praxi Episc. part. 1. ver. parochia, §. 2. & Lopez in  
instruct. part. 1. c. 27.

3. Non reticam tamen primam sententiam negatiuum probabilem esse secundum mentem Ledes-  
m. ubi supr., & illam nouissime docent Venerus in  
exam. Episcop. lib. 4. c. 25. n. 21. Lotterus de re benefi-  
ciaria tom. 1. lib. 2. q. 51. n. 98. & Massobrius in praxi  
de conuers. requisi. 4. dub. 3. n. 2. vbi afferit, examina-  
tores ex officio, & in exequitionem Concilij, non te-  
neti indicare digniores; secus autem quanto Epis-  
copus id potularer extra casum Concilij, ut intru-  
ret suam conscientiam, ut sciat viliorem facere Ecclesie  
electionem, & magis digne illam conferre. Ita  
Massobrius, Garsia de benef. tom. 2. part. 9. c. 2. num.  
108. & seg. cum Viuiano in praxi iuris patr. part. 2.  
lib. 10. c. 1. n. 45.

### R E S O L . CI.

An in Canoniciabus, Personabus, Dignitatibus, &  
caeteris Prebendis, & dimidiis Prebendis Ecclesie-  
rum Cathedralium, & Collegiarum, & in Praefi-  
moniis, & alijs simplicibus beneficiis Curam ani-  
marum non habentibus, licetum sit eligere dignum,